

AD
PANEGYRIN SOLENNEM
Q V A
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
REGI ET ELECTORI
D O M I N O
FRIDERICO AVGVSTO

REGI POLONIARVM
DVCI MAGNO LITHVANIAE RVSSIAE
PRVSSIAE MAZOVIAE SAMOGITIAE KYOVIAE VOLHI
NIAE PODOLIAE PODLACHIAE LIVONIAE SMOLENSKO
SEVERIAE ZCHERNICHOVIAE & rel.

DVCI SAXONIAE IVLIAE CLIVIAE MONTIVM ANGA
RIA ET WESTPHALIAE S. ROM. IMP. ARCHI - MARESCHALLO
ET ELECTORI LANDGRAVIO THVRINGIAE MARCHIONI MISNIAE VT ET
SVPER. ET INFER. LVSATIAE BVRRGRAVIO MAGDEBVRGI COMITI PRINCIP.
DIGNIT. HENNEBERG. COMITI MARCAE RAVENSBERGAE ET
BARBY DOMINO IN RAVENSTEIN & rel.

DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO
NATALEM SVVM AVGVSTVM

QVI IN FASTIS DIE XII. MAII
ANNI HVIVS POST CHRISTVM NATVM MDCCXXX.

BONIS AVSPICIIS RECVRRET

NOMINE SOCIETATIS TEVTONICAE
QVAE SVB DIRECTIONE MENCKENIANA
IN HAC ACADEMIA FLORET

CAROLVS HENRICVS LIB. BAR. DE SEHRR THOSS SIL.
EOD. DIE XII. MAII IN AEDE S. PAVLI ACAD.

SVBMISSA MENTIS DEVOTIONE

GRATVLABITVR

DECENTER INVITAT

L. GOTTLOB FRIDERICVS IENICHEN

MORAL. ET POLIT. PROF. PVBL. ET FACVLTAT. PHILOS.

h. t. DECANVS.

LIPSIAE,
LITERIS BREITKOPFIANIS.



FRANZOSISCHEN KÖNIGREICHES

ROYAUME DE FRANCE

LE ROI

EN SON

EDICT

DU 15 JANVIER 1763

RELATIF A LA

REVISION DE LA

LOI DU 22 MARS 1763

ARTICLE 1

LES SEIGNEURS

DE LA HAUTE

JUSTICE

SEULEMENT

ONT LE DROIT

DE NOMMER

LES Juges

DE LA HAUTE

JUSTICE

EN VERTU

DE LA LOI

DU 22 MARS

1763

ARTICLE 2

LES SEIGNEURS

DE LA HAUTE

JUSTICE

NE PEUVENT

PRETENDRE

A LA NOMINATION

DES Juges

DE LA HAUTE



QVOD SI OCTAVIANI AVGVSTI,
 Caesaris Romanorum maximi, in Urbem ad-
 ventum pro signo boni & laeti ominis habue-
 runt olim Romani: quidni et nos laetemur,
 et aduentum Principis summi, Domini FRI-
 DERICI AVGVSTI, Regis Poloniarum
 potentissimi et Electoris Saxoniae serenissimi,
 velut signum ominis auspiciatissimi, intueamur,
 quod in hoc AVGVSTO nostro Lipsiam,
 aequae ac in OCTAVIANO Romam, verum PATREM PATRIAE
 venerari, ipsa pietas jubeat. Destinasse VTRVMQVE AVGV-
 STVM summo imperii fastigio providentiam Numinis, quod omnia
 regit, sapientissimi, ipsa dotium animi et corporis eximiarum, et vir-
 tutum Regiarum, quibus VTERQVE diuinitus exornatus, imago ac
 rerum gestarum magnitudo testatur. Indicabat id jam in AVGV-
 STO, Caesare Romanorum, eximia et praestans corporis forma, et
 per omnes aetatis gradus, vt Suetonii, Scriptoris grauiissimi, verbo utamur,
 venustissima; quae, uti secundum ipsum Tullium, in cuius consu-
 latu AVGVSTVS, Caesar, natus, eximium DEI donum est: ita
 AVGVSTVM, Caesarem, iam in prima aetate sua omnibus amabi-
 lem & venerabilem reddebat. Hac de causa egregiam corporis formam
ἀδουροφύρτητον βασιλείαν, hoc est, regnum sine satellitio, vocabat Carne-
 ades; quod illa facile per se et amorem et metum excitet; et ideo quo-
 que Dion GERMANICVM, Augusti nepotem, laudaturus, scribit,
)(2 quod

quod corporis forma et animi bonis eximius fuerit, et doctrina ac robore praestantissimus. Et quem nostrum fugit, AVGVSTO nostro Saxonico, cuius sceptrum et ensẽm nos exofculamur, insignem corporis formam ac robur prorsus singulare, in prima statim aetate, eximium aliquid portendisse, et coniunctam cum tot animi bonis diuinis oculorum maiestatem summo EVM fastigio dignum declarasse? iuxta illud Veterum: *Εἶδος ἀξίων τυραννίδος*, facies decora et augusta imperio digna. Emicat sane per oculos et eximiam corporis formam latens intus et sensim atque sensim se proripiens animi virtus excellens, quae demum in luce et fastigio collocata radios suos splendidissimos spargit, et longe lateque diffundit; ceu id vtriusque AVGVSTI nostri exemplum augustissimum comprobatur. Erat in OCTAVIANO AVGVSTO summa sapientia, quae ex dictis factisue eius peregregiis elucebat. Hinc, cum Alexandro M. Graecorum olim Monarchae, hanc laudem tribui inaudiret, quod, peragratis plerisque mundi regionibus, secum dubitauerit; quid in reliquum vitae tempus esset facturus? valde AVGVSTVS demirabatur, quod Alexander non maius opus esse iudicaret, imperium partum bene regere et gubernare, quam amplam ditionem armis comparare. Et cum ad AVGVSTVM multa conuitia deferret Tiberius, quem is ex Liuia in filium adoptauerat, eumque ad vltionem hortaretur; respondebat ille tam clementer, quam sapienter: Satis esse maledicis supplicii, quod nihil aliud possint, quam maledicere. Prodebat eandem animi sapientiam symbolo suo, quod erat; *Σπειῦδε βραδέως*, quo in rebus agendis gerendisque nec nimium festinandum, nec nimium cunctandum esse innuebat. Praeterea rectis AVGVSTVS, Caesar, legibus et moribus sanctioribus ciuitatem communire pulchrius ducebat, quam urbem vrbi, et regnum regno armis addere; quo ipso, teste Plutarcho, prudentiae, moderationis et iustitiae laudem apud omnes consequebatur. Sane qui leges iniquas et duriores tollit, et harum loco leges sanctas, iustas et aequas condit; porro vtilitati priuatae salutem publicam anteponit; innocentium vitam seruat et tuetur; sed tamen suum cuique simul tribuit, praemia bonis distribuendo et poenas malis infligendo, is, OCTAVIANI AVGVSTI exemplo, prudentiam cum iustitia foedere firmo et stabili coniungit, & amorem ciuium ac nominis immortalitatem sibi facile conciliat; idque hoc magis, quando iustitiam simul clementia temperat, et benignitate ac munificencia omnium sibi animos deuincit. Quarum virtutum illustrium et Regiarum vera et viua imago cum & in nostro AVGVSTO sapientissimo

et

et elementissimo refulgeat, cuius sapientiam et prudentiam, iustitiam et clementiam, benignitatem et munificentiam tot ordinationes nouae et leges, tot exempla illustria et facta prorsus heroica loquuntur, et aeternitati commendant: quis nostrum, quaeso est, qui se non, pariter ac olim ciues Romani, felicem praedicet, quod aut sub AVGVSTO natus sit, aut sub EIVS imperio et praesidio fortunarum sedem, domiciliumque quietum inuenerit? At plures aliae accedunt VTRIVSQ; IMAGINIS similitudines. OCTAVIANVS AVGVSTVS et consulatum et triumviratum et duumviratum summa cum laude gessit, et demum imperium summum, Antonio fuso et fugato, ad se delatum a Senatu Populoque Rom. solus administravit, eo quidem cum moderamine, vt Senatoribus Romanis ius prouincias gubernandi & honorem exercitum ducendi permitteret, sibi vero auctoritatem et imperium reseruaret. Et FRIDERICVS AVGVSTVS noster a Principatu ad Electoratum, quem prudentissime administravit, et praeter Electoratum ad Regnum, corona a Republica libera et Regia sibi imposita, ascendit, simul vero Vicariatum Imperii Romani bis gessit, semel post LEOPOLDI II. tum vero post JOSEPHI, quem mirifice amabat, Imp. Rom. obitum; et regnum quidem Poloniae ac magnum Ducatum Lithuaniae ita sapienter rexit, vt Optimatibus liberum prouinciarum et populorum regimen, more antiquo, relinqueret, sibi vero imperium summamque auctoritatem illibatam seruaret, quo salus tot regnorum et prouinciarum amplissimarum communis hoc tutius obtineri posset. AVGVSTVS, Caesar Romanorum, pacis magis, quam belli amans erat; et postquam bellis externis et internis, per XII. annos gessit, finem victor imposuerat, et Jani templum clauserat, animum ad rem publicam bene administrandam, et ad ornamenta pacis recte ordinanda, ac ad neruos gubernationis roborandos & confirmandos totus addicebat. Hinc et Velleius Paterculus de temporibus OCTAVIANI AVGVSTI scribit: quod eo redeunte finita sint bella ciuilia, sepulta externa, reuocata pax, restituta vis legibus, auctoritas iudiciis, senatuique maiestas, et quod item cultus agris, sacris honos, securitas ciuibus et certa cuique rerum suarum possessio redierit. Et Saxoniae nostrae AVGVSTVS fortis et iustus, postquam variis bellis gravissimis ad Rhenum, Scaldin, Danubiumque interfuit, et duces belli fortem egit, ac exercitui integro non semel imperator praefuit, pacis tamen tempora laetissima belli turbis molestissimis semper anteposuit, et animum ad salutem populorum suorum per ornamenta pacis conseruandam et amplificandam adplicuit, eoque

simul

simul curam suam & providentiam Regiam intendit, ut firmamentum quoque pacis, exercitum scilicet fortem et validum, et nervis optimis ac necessariis instructum, in promptu haberet. Boni enim et prudentis Principis est, media etiam in pace de bello cogitare, et militiam in castris rite dispositis ad tutamen patriae praeparare. Educebant propterea Romani veteres iuventutem suam, nobilioris et ignobilioris ordinis, in CAMPVM illum MARTIVM, inter urbem ac Tiberim fluvium, situm, in quo iuventus Romana omni armorum genere et adparatu exercebatur; quandoquidem pars alia telo, scuto, arcu, recte tractandis se ad militiam praeparabat; alia vero pars fossae latitudinem saltu, et valli altitudinem ascensu superare discibat; post quae exercitia, aevo sequiori, sic dicti Campi doctores in eodem campo Martio, quo pede in hostem eundem, quove pede ab eo recedendum? quomodo ordinem servandi et signa sequenda? quomodo clypeo et hasta in hostem irruendum? aut testudine, balista, ariete, valla aut moenia oppugnanda? iuventutem Romanam docebant et instruebant. Ad quem fere modum in campo novo Martio, qui cura et munificentia Regia AVGVSTI nostri augustissimi proxime hinc ad Albim paratur, spectacula et exercitia militaria nostrae aetatis, pacis inter tempora laetissima, prope diem, non sine multa pompa Regia, exhibebuntur. At cum boni principis sit, providere, ne inter arma, quod vulgo quidem fit, leges et literae fileant; hac de causa AVGVSTVS, Caesar, praeter arma literas quoque bonas in pretio habebat et deliciis, et quemadmodum Philippus Macedo Lyfiam Tarentinum, Alexander M. Aristotelem, Ptolemaeus Philadelphus Demetrium Phalereum comitem vbique fere habebat; ita AVGVSTVS Maecenatis, Virgilii et Horatii, aliorumque virorum doctorum conuersatione mirifice delectabatur, ex sententiis eorum bonis et argutis prudentiae regulas colligens; et literarum decus multum exemplo et auctoritate sua augebat. Nec minor AVGVSTI nostri Serenissimi in bonas literas amor est et gratia, cuius non varia solum existant in bonas et elegantiores literas ac Academiam tum nostram, tum vicinam Vitembergensem documenta munifica et aere omni longius perennatura; sed qui etiam, quod bonarum literarum studia Reipublicae bene constitutae et fulcimento et ornamento esse probe perspexerit, merita virorum doctorum, summi et imi ordinis, muneribus amplissimis, aliisque ornamentis egregiis condecorare solet. Hic vero literarum et artium bonarum amor id etiam efficiebat in OCTAVIANO AVGVSTO, ut aedificiorum publicorum, ad usum communem rectius exstru-

exfruedorum aut exornandorum, curam eximiam haberet, et ipse tum templum Pantheon olim, at hodie Maria rotunda dictum, tum templum Quirini, columnis LXXVI. magnificis pulchre exornatarum, aliasve aedes publicas, vetustate collapsas, vel de nouo aedificaret, vel longe splendidius restauraret. Quo quidem exemplo suo illustri Senatorum quoque Ciuiumque Romanorum nobiliorum et locupletiorum aemulationem excitabat, et ad urbem aedificiorum magnificentia exornandam impellebat; quo factum, vt ipse vere gloriari potuerit: Se urbem Romam, quam lateritiam acceperat, marmoream reliquisse. Sed nec in hoc gloriae genere AVGVSTVM, HERVM nostrum, artium mechanicarum callentissimum et scientissimum, AVGVSTO Romanorum cedere, tot palatia Regia magnifice et munifice in ipsa metropoli Saxoniae ab Eo et alibi exstructa, simul vero et pons ille Dresdensis magnificus et celeberrimus, super Albim fluuium positus, et additamentis ac ornamentis multis Regiis nuper artificiosissime auctus et pulcherrime exornatus, testantur. Denique AVGVSTVS Caesar et diuturnitate imperii et longaeuitate vitae magnam consecutus est felicitatem; quandoquidem imperium Romanum per LVI. annos feliciter tenuit, et non nisi post exactos LXXVI. annos, quos LXXVI. columnae templi Quirini ab eo exstructi, praenunciauerant, vitam cum morte commutauit. Atque hoc quidem caput rei est, quo nunc vota Academiae et totius urbis nostrae deuotissima collimant, vt scilicet FRIDERICVS AVGVSTVS noster, pater patriae nostrae longe clementissimus, cuius tum aduentus, tum dies natalis ad gaudia publica nos evocat, postquam Electoratum Saxoniae per annos xxxvii. et Poloniae regnum amplissimum per annos xxxiii. feliciter administravit, at vitae annum LX. proximo Veneris die, omine laetissimo, complebit, et diuturnitate imperii et longaeuitate vitae ad AVGVSTI, Imperatoris II. Romanorum, gloriam summam accedat. Faustum iam olim Saxoniae erat AVGVSTI nomen in AVGVSTO, Electore optimo et sapientissimo, cum ille Saxoniam seculo xvi. sapienti sua administratione ditaret et dilataret. Faustum et nunc quoque sit Saxoniae idem AVGVSTI nomen peroptatum in FRIDERICO AVGVSTO, Rege et Electore bono, magnanimo, clemente, amore patriae, et ornamento imperii sui, Isque porro, quoad vixerit, et arma belli, et literas pacis signa amet. Nobis, qui membra et ciues sumus Academiae

V 852 M X 296 4222

demiae, sub tanti REGIS et ELECTORIS praesidio florentis, commoda occasio dabitur, thus votorum nostrorum ardentissimorum in loco sacro adolendi, quando proximo Veneris die, tam fausti NATALIS REGII festiuitatem, in aede Academiae D. Paulo sacra, CAROLVS HENRICVS Lib. Bar. de SEHRR THOSS, Silesius, nomine SOCIETATIS TEVTONICAE, quae in hac Academia sub moderamine viri celeberrimi, DN. D. IO. BURCHARDI MENCKENII, Confil. Aulici et Historiographi Regii et Electoralis, Histor. in hac Academia Prof. Publ. Acad. Decemviri, et Societ. Regiae Anglic. et Borussiae Socii, penes nos a multis iam annis floret, facta paulo post horam ix. matutinam solenni processione ex templo Nicolaitano, oratione comta germanica, concentus inter musicos celebrabit. Vos, quotquot adestis, AVGVSTI NOMINIS Fautores et Cultores cuiusvis ordinis summi et honorandi, et Vos speciatim RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, COMITES ILLUSTRISSIMI, et PROCERES VTRIVSQ. REIPUBLICAE GRAVISSIMI SVAVISSIMIQVE quaeso concurrite, ac gaudia cum gaudiis, vota cum votis, qua decet deuotione, coniungentes, PATRI PATRIAE nostrae longe indulgentissimo, die hoc EIVS natali, vitae longaeuitatem, imperium tutum et quietum, ac denique FELICITATEM AVGVSTAM nobiscum pie adprecamini. P. P. Dom. Cantate
A. R. S. M DCC XXX.



hL

h. 7. 23.

V 2
882.

AD

PANEGYRIN SOLENNEM

QVA

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO

REGI ET ELECTORI

DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO

REGI POLONIARVM

DVCI MAGNO LITHVANIAE

PRVSSIAE MAZOVIAE SAMOGITIAE KY

NIAE PODOLIAE PODLACHIAE LIVONIAE

SEVERIAE ZCHERNICHOVIAE & rel.

DVCI SAXONIAE IVLIAE CLIVIAE MO

RIAET WESTPHALIAE S. ROM. IMP. ARCHI-

ET ELECTORI LANDGRAVIO THVRINGIAE MARCHIO

SVPER. ET INFER. LVSATIAE BVRGGRAVIO MAGDEVR

DIGNIT. HENNEBERG. COMITI MARCAE RAVEN

BARBY DOMINO IN RAVENSTEIN & re

DOMINO NOSTRO LONGE CLEM

NATALEM SVVM AVGV

QVI IN FASTIS DIE XII. MAII

ANNI HVIVS POST CHRISTVM NATVM

BONIS AVSPICIIS RECVRRE

NOMINE SOCIETATIS TEV

QVAE SVB DIRECTIONE MENCK

IN HAC ACADEMIA FLORET

CAROLVS HENRICVS LIB. BAR. DE SEH

EOD. DIE XII. MAII IN AEDE S. PAVI

SVBMISSA MENTIS DEVOTIONE

GRATVLARITVR

DECENTER INVITAT

L. GOTTLOB FRIDERICVS IE

MORAL. ET POLIT. PROF. PVBL. ET FACVLTA

h. r. DECANVS.



LIPSIAE,

LITERIS BREITKOPFIANIS.

